

XCII. De Amazonibus, Gymnosophistis, Brachmanis, de aliis barbaris et monstruosis populis ex beato Augustino, Isidoro, Plinio ; et de miraculis quibusdam regionum occidentalium, de avium vulgarium qualitatibus.

Sunt preterea in partibus orientis quidam homines ab aliis 5
mundi nationibus valde dissimiles. Sunt ibi Amazones, egregie
in armis et preliis mulieres, iuxta montes Caspios, in insula undi-
que fluvio clausa commorantes. | Sunt autem plusquam ducenta (199)
millia predictarum mulierum, absque virorum consortio seorsum
in predicta insula habitantium. Omnes autem tenentes gladium 10
et ad bella doctissime, quando victrices cum regina sua revertun-
tur a preliis, a viris suis, qui extra insulam per se commorantur,
adorantur. Semel autem in anno transeuntes ad maritos suos, post-
quam reverse fuerint, si masculum conceperint, ipsum per sex
annos nutriunt et postea patri suo transmittunt. Si vero feminam 15
pepererint, ipsam secum reservantes custodiunt. Sicut autem in
quibusdam volucribus femine fortiores sunt quam masculi, ita
predicte Amazones fortiores sunt viris suis, quibus ad bella pro-
cedentibus mariti earum domi remanentes quiescunt. Et quoniam
ex frequenti usu libidinis multi spiritus consumuntur, quanto 20
rarius coeunt, tanto prefate viragines fortiores sunt et magis ido-
nee ad pugnandum. Sunt alii homines quos Oxydraces seu Gym-
nosophistas appellant, id est nudos sapientes. In nuditate enim
et paupertate et humilitate ambulantes, contempta fallaci et transito-
ria mundi huius vanitate, in tuguriis et speluncis habitantes, non 25
habentes casalia vel civitates. Nulli autem nocent nec armis contra
aliquos se defendunt. Filii autem eorum et uxores seorsum inha-
bitant cum animalibus que ad vitam sobriam sustentandam enu-
triunt. Hos homines cum Alexander Macedo reperisset, valde
miratus, ait illis : " Petite a me quod vultis et dabo vobis ! " Qui 30
respondentes dixerunt : " Da nobis immortalitatem quam | super (200)

XCII, 1/4 amazonibus ... qualitatibus] mirabilibus hominibus et de scripture
dindimi ad alexandrum *ABCDGHJKbo*, moribus amazonum *E 7/8* in ...
commorantes] *om. B 13* adorantur] honorantur *K*

XCII. Les Amazones, les Gymnosophistes, les Brahmanes et autres peuples barbares et monstrueux d'après saint Augustin, Isidore, Pline ; quelques prodiges arrivés en Occident ; les oiseaux communs et leurs caractères.

En Orient il y a aussi des êtres humains très différents des autres peuples de la terre. Il y a là les Amazones, femmes qui se distinguent par les armes et le combat, installées près des monts Caspiens dans une île cernée par un fleuve. Elles sont deux cent mille et plus, elles vivent dans cette île, séparées de la compagnie des hommes. Toutes tiennent l'épée et sont très expertes dans l'art de la guerre. Les hommes, qui n'habitent pas leur île, viennent les y honorer quand elles reviennent victorieuses de la bataille avec leur reine. Une fois par an, elles vont voir leur mari. À leur retour, si elles accouchent d'un garçon, elles l'entretiennent six ans, puis, le rendent à leur père ; mais si elles accouchent d'une fille, elles s'en réservent la garde. Chez certains oiseaux, les femelles sont plus courageuses que les mâles, ainsi les Amazones sont-elles plus courageuses que leurs hommes, et tandis qu'elles marchent au combat, les hommes, en restant au foyer, se reposent. Parce que l'abus d'amour physique épuise la force vitale, ces femmes qui en usent rarement conservent pour se battre d'autant plus d'énergie et davantage de moyens¹. Il y a aussi les Oxydraques ou Gymnosophistes comme on les désigne, ce qui veut dire « sages nus »². Ils vont dans la nudité, la pauvreté, l'humilité et le mépris de la vanité trompeuse et passagère de ce bas monde, ils habitent huttes et grottes, n'ont ni villages ni cités. Ils ne causent de tort à personne et se défendent sans armes. Leurs femmes et leurs enfants vivent séparément avec les animaux qu'ils élèvent pour satisfaire leur sobre existence. Alexandre de Macédoine, les ayant rencontré, en fut très surpris et leur dit : « Demandez-moi ce que vous voulez et je vous le donnerai. » Ce à quoi ils répondirent : « Rends-nous immortels, c'est ce que nous désirons par-dessus tout, car

omnia desideramus, alias enim divitias non curamus !” Quibus Alexander : “ Mortalis cum sim, immortalitatem vobis quomodo dare possem ? ” Cui illi : “ Si mortalem te agnoscis, quare tot mala faciendo discurris ? ”

35

Sunt alii homines valde mirabiles ultra Gangem fluvium habitantes quos Brachmanos appellant, quorum religionem et mores et ritus ex epistola subsequenti quam predicto Alexandro rescribendo miserunt, plenius diligens lector agnoscere potest. Scripsit enim rex eorum Dindimus Alexandro in hunc modum : “ Dindimus Brachmanorum didascalus Alexandro regi, gaudium ! Cognoscovimus per tuas litteras quia desideras scire quid sit perfecta sapientia. Verumtamen ex hoc cognoscimus te multum esse sapientem et valde laudamus quia desideras scire perfectam sapientiam quod melius est omni regno, quia imperator qui nescit sapientiam non dominatur subiectis suis, sed dominantur illi subiecti. Tamen impossibile nobis videtur ut vos possitis tenere vitam et mores nostros, quia nostra doctrina multum est separata a vestra. Nam neque deos colimus sicut vos colitis, neque vitam quam vos tenetis nos tenemus. Voluissem denique a te petere veniam pro hac causa, unde nos rogasti super omnia, quia nihil prodest si scripsero de vita et consuetudine nostra. Tempus enim non habes ad legendum, eo quod occupatus es in causis bellorum. Sed, ne dicas quia pro invidia hoc faciam, quantumcumque possum | de hac re scribere, unde nos rogando mandasti, scribam. (201)

Nos enim Brachmani simplicem et puram vitam ducimus, nulla peccata facimus et nolumus quidquam habere nisi quantum ratio nostre nature exigit. Omnia patimur et sustinemus. Illud dicimus esse necessarium quod non est superfluum. Apud nos illicitum est arare campum cum vomere et terram seminare et boves ad carrum iungere et retia in mare mittere ad capiendos pisces aut aliquas venationes facere, sive de quadrupedibus terre sive de avibus celi, abundanter enim annonam habemus, nullam aliam anno-

34 possum B 46 illi] ipsi B 57 quidquam] om. DEK 62 venationes] venatores BDE

nous n'avons cure des autres richesses ! » Alexandre dit alors : « Moi qui suis mortel, comment pourrais-je vous offrir l'immortalité ? » Eux de répondre : « Si tu te sais mortel, pourquoi t'acharner-tu à faire autant de mal ? »

Il y a aussi des hommes extraordinaires qui séjournent au-delà du Gange, et appelés Brahmanes³. Le lecteur attentif prendra entière connaissance de leur religion, leurs mœurs, leurs rites, dans la lettre qui suit et qui fut envoyée en réponse à Alexandre. En effet, leur roi Dindimus lui adressa une lettre de cette teneur : « Dindimus, précepteur des Brahmanes au roi Alexandre, joie ! Nous voyons par ta lettre que tu désires savoir ce qu'est la sagesse parfaite. Nous reconnaissons là, c'est vrai, ta grande sagesse et te félicitons grandement de chercher à atteindre la perfection dans ce domaine, préférable à tout autre royaume ; car le souverain qui ignore la sagesse ne domine pas ses sujets, ce sont eux qui le dominent. Pourtant il nous paraît impossible que vous puissiez suivre notre mode de vie, nos coutumes, car notre culture est bien différente de la vôtre. Nous n'adorons pas des dieux comme vous, et vous ne vivez pas comme nous. En bref, j'aurais voulu que tu me pardonnes la réponse à toutes tes questions, qu'il serait vain de rapporter par écrit notre manière de vivre et nos coutumes ; car, occupé par les choses de la guerre, tu n'as pas de temps pour lire. Mais pour que tu n'aies pas dire que je parle ainsi par dépit, je répondrai autant que possible par écrit aux questions posées.

Nous autres Brahmanes, menons une vie simple et pure, sans faire de péché, sans désir de rien posséder, si ce n'est ce qu'exige notre condition naturelle. Nous supportons tout avec résignation ; nous appelons nécessaire ce qui n'est pas superflu. Chez nous, il n'est permis ni de labourer le champ avec la charrue, ni d'ensemencer la terre, d'atteler le bœuf au chariot, pêcher au filet en mer, chasser les animaux de la terre ou les oiseaux du ciel. Car nous avons des provisions en abondance, ne cherchant rien d'autre à

nam querimus ad manducandum, nisi quam terra producit sine
 hominis labore. De talibus cibis implemus mensas nostras qui 65
 nobis non nocent, et de ipsis cibis non multum implemus ventrem
 nostrum quia illicita est apud nos extensio ventris. Proinde sumus
 sine aliqua egritudine et dum vivimus et quamdiu vivimus sem-
 per sanitatem habemus, nullam medicinam nobis facimus, nullum
 adiutorium querimus pro salute nostrorum corporum. Uno 70
 termino mortis vita nostra finitur, quia non vivit unus plus altero,
 sed secundum ordinem nativitatis unicuique terminus mortis suc-
 cedit. Nullus autem de nobis ad focum sedet pro frigore, nullum
 frigus aliquando corpora nostra sentiunt, sed stamus nudo corpore
 semper contra ventum. Desideria corporis nostri non facimus, 75
 omnia per patientiam supportamus. Tu autem, imperator, omnia
 | ista vince et si istos inimicos quos intra corpus habes viceris, iam (202)
 fortior inimicis haberi poteris ! Propter hanc causam pugnas cum
 inimicis quos foris habes, ut istos inimicos nutrias quos intus
 portas. Nos autem Brachmani, omnes inimicos quos in corpore 80
 nostro habuimus, occisos habemus et ideo inimicos quos foris
 habemus non timemus, nec adiutorium ab aliquo contra illos que-
 rimus, neque de mari, neque de terra, sed securi semper et sine
 aliquo timore vivimus. Corpora nostra cooperta habemus de fron-
 dibus arborum et fructus earum manducamus, lac comedimus et 85
 aquam de fluvio bibimus. Laudes Deo semper canimus et deside-
 ramus vitam futuri seculi et non desideramus ullam causam audire
 que ad utilitatem non pertinet, et non loquimur multum, sed cum
 locuti fuerimus non dicimus nisi veritatem et statim tacemus.
 Divitias non amamus, est enim insatiabilis causa cupiditas que 90
 solet ad paupertatem adducere homines cum non possint acqui-
 rendi finem facere. Inter nos nulla invidia nulla est, nullus inter
 nos fortior vel potentior est altero. Paupertatem habemus et per
 eam divites sumus quia omnes illam communem habemus. Litem 95
 non facimus nec apprehendimus arma, pacem habemus per consue-
 tudinem, non per virtutem. Iudicia non habemus quia non faci-
 mus unde ad iudicium ire debeamus.

manger que ce que produit la terre sans le travail de l'homme. Nos
 tables sont couvertes de ces nourritures qui ne nous font aucun
 mal, sans besoin de beaucoup pour se remplir l'estomac, car il est
 mal vu chez nous d'avoir le ventre rebondi. Voilà pourquoi nous
 ne sommes pas malades, et que, notre vie durant, nous restons en
 pleine santé, sans faire appel à une quelconque médecine, sans
 chercher le secours d'aucun remède pour le soin du corps. Notre
 vie se finit à l'heure de la mort. Nous ne vivons pas plus longtemps
 les uns que les autres, mais la mort survient à chacun selon l'ordre
 de la naissance. Le froid ne nous installe pas assis au coin du feu,
 nos corps ne sentent pas le froid, nous restons debout, nus, tou-
 jours, à tout vent. Nous ne cédon pas aux caprices du corps, la
 patience nous fait tout supporter. Toi aussi, ô empereur, apprend
 à dominer cela, et si tu l'emportes sur ces ennemis intérieurs, tu
 n'en seras que plus fort contre les ennemis du dehors. Car tu ne
 combats ces derniers que pour nourrir ceux que tu portes en toi.
 Nous autres Brahmanes avons tué les ennemis du dedans, ainsi ne
 craignons pas ceux du dehors. Nous ne demandons à personne de
 nous aider contre eux sur terre ou sur mer, mais nous restons en
 sécurité, toujours, sans peur aucune. Nous nous couvrons le corps
 des feuilles des arbres dont nous mangeons les fruits. Nous buvons
 du lait et l'eau des rivières. Nous chantons à jamais la gloire de
 Dieu et cherchons la vie du siècle futur. Nous ne voulons entendre
 que des paroles utiles, nous parlons peu et si nous avons à le faire,
 nous disons une vérité, et nous taisons aussitôt. Nous n'aimons
 pas les richesses car la cupidité est un besoin insatiable, qui mène
 d'ordinaire à la pauvreté, tant l'homme est incapable de mettre
 un terme au désir de s'enrichir. Il n'y a pas de jalousie entre nous,
 nul n'est plus fort que l'autre ou plus puissant. Nous sommes
 pauvres, et ainsi sommes riches, car la pauvreté nous est commune
 à tous. Nous n'entrons pas en conflit, ne prenons pas les armes et
 vivons en paix plus par coutume que par vertu⁴. Nous n'engageons
 pas d'action en justice, nous évitons ainsi d'aller en procès.

Una lex est contraria nostre nature quia misericordiam nullam facimus, eo quod nec nos talem causam facimus ut per eam Deus remittat nobis peccata nostra, nec | damus divitias nostras pro peccatis nostris sicut vos facitis. Nullum laborem facimus qui ad avaritiam pertineat, membra nostra libidini non tradimus, adulteria nulla committimus, nec aliquod vitium facimus unde ad penitentiam ire debeamus, sicut vos qui de malo quod facitis quando penitentiam inde agitis, sic loquimini contra vos de ipso malo quod facitis velut contra inimicos soletis loqui. De factis nihil querimus quia omnes rectum facimus. (203) 105

Subitam mortem non patimur quia per sordida facta ipsum aera non corrumpimus. Nullum vestimentum in varios colores tingimus. Femine nostre non ornantur ut placeant, etiam ipsum ornamentum pro pondere computatur quia nolunt pulchre esse pro ornamentis, sed tantum in ea natura qua nate sunt. Nam quis potest nature opus mutare ? Quod si aliquis mutare illud voluerit, quasi non sit recte factum, criminosum est. Balnea non facimus neque aquam calidam ut corpora nostra laventur. Sol enim nobis calorem dat et de rore infundimur. Nullam cogitationem super alium habemus, non dominamur super homines qui sunt nostri similes, alioquin crudelitas est premere hominem ad servitium quem nobis ipsa natura fratrem dedit et qui est creatus sub uno patre celesti, sicut et nos sumus. Petras non resolvimus in calcem ut faciamus domos ad habitandum neque vascula nisi | de terra facimus. In fossis aut speluncis montium habitamus ubi nullus sonus ventorum auditur et ubi nullam pluviam timemus. In terra dormimus absque sollicitudine, nos enim tales domos habemus in quibus, dum vivimus, habitamus, et, dum morimur, habemus illas pro sepulturis. Ad negotiandum per mare non navigamus, ubi et multa pericula sustinent qui illuc navigant et multa miracula cognoscunt. Nos artem non discimus ut bene loquamur, per simplicitatem omnia dicimus que nunquam nos permittit men-

99 facimus] uti ad misericordiam ire debeamus culpas alicui non dimittimus
add. BDK 99 eas BD

Une loi seule est contraire à notre nature qui est de n'accorder aucune miséricorde, pour ne pas faire de ce précepte un motif de pardon de nos péchés par Dieu⁵. Nous ne donnons pas nos richesses comme vous faites pour la rémission de nos fautes. Nous ne pratiquons aucun travail qui puisse tendre à l'avarice. Nous ne livrons pas nos corps à la débauche, nous ne commettons aucun adultère ni autre vice pour lequel nous devrions faire pénitence comme vous faites après avoir mal agi. La pénitence vous conduit à parler contre vous du mal que vous faites, comme vous avez coutume de parler contre vos ennemis. Nous n'avons pas à nous lamenter sur nos actes, car ce que nous faisons est bien.

Nous ne redoutons pas de mourir subitement, pour ne corrompre personne à prix d'argent par d'ignobles manœuvres. Nos vêtements ne sont pas de teintes multicolores. Nos femmes ne se parent pas pour plaire, les bijoux mêmes sont superflus et leur désir n'est pas d'être belles par la parure, mais simplement telles que la nature les a faites. Qui peut en effet changer l'œuvre de la nature ? Et s'il advenait à quelqu'un de le vouloir, ce ne serait pas bien, se serait un crime. Nous n'avons, ni bains ni eau chaude pour nous laver. Le soleil nous réchauffe et la rosée nous rafraîchit. Nous n'avons pas de visée dominatrice sur autrui, nous ne régions pas en maîtres sur les humains, nos semblables ; du reste il est dur de plonger son prochain dans la servitude, un frère que la nature nous donne, la créature d'un père unique qui est dans le ciel, comme nous le sommes nous-mêmes. Nous ne transformons pas la pierre en chaux pour en faire maisons ou vases, nous nous servons seulement de terre. Nos demeures sont dans les gorges et les cavernes des montagnes, là où ne s'entend pas le bruit du vent et où la pluie n'est pas à craindre. Nous dormons à même le sol en toute quiétude, notre demeure est un abri la vie durant et une sépulture la mort venue. Pour faire du commerce nous ne courons la mer, lieu de nombreux dangers où le marin découvre nombre de merveilles. Nous n'enseignons pas l'art de bien parler, nous disons tout avec une droiture qui n'autorise pas le mensonge. Nous ne fréquentons

tiri. Scholas philosophorum non frequentamus in quorum doctrina discordia est et nihil certum atque stabile, sed semper mendacia, sed illas scholas frequentamus in quibus discimus vitam et que demonstrant nobis hoc quod in scripturis ostenditur ; et non docent nos aliquem ledere, sed secundum veram iustitiam alios iuvare nos docent, et non discimus in eis aliquam causam que nobis aliquam tristitiam facit. Ludos nullos amamus ; si autem volumus scire aliqua que ad ludum pertinent, legimus facta predecessorum vestrorum et vestra, et cum debemus exinde ridere plangimus tamen. Videmus alia in quibus admiramur et delectamur, hoc est celum optime resplendere ex stellis, solem rubicundum in curso suo et radios eius illuminare totum mundum. Videmus mare semper purpuream esse et quando illic tempestas surrexit, non dissipat vicinam terram, sicut in vestris partibus facit, sed | complectitur eam sicut sororem suam. Ibi videmus cotidie diversa genera piscium et saltum dare et ludere delphinos. Nec non et delectamur videre florentes campos de quibus naribus nostris suavissimus odor ascendit, et de optimis locis silvarum et fontium ubi audivimus cantilenas avium. Hanc consuetudinem semper habemus, nostra etenim natura hanc consuetudinem habet, imperator. Quam si tenere volueris, credimus quoniam durum tibi esse videbitur, et si nolueris eam tenere, nostra culpa non est quia de quibus nos rogasti et mandasti per has litteras scriptum tibi dirigimus.

Sed tamen si placet, dicemus aliquantulum de nostra doctrina propter quam nostra vita tibi dura esse videtur. Vos, Pactoli atque Hermi fluvios splendido auro currentes, absque colore et pauperes reddidistis ! Vos, Nilum fluvium bibendo alveum cursu minuistis, vos monstrastis ut horribilem oceanum navigaret homo ! Vos, Tartareum custodem, id est canem Cerberum, sopiri posse pretio confirmatis ! Vos, omnia manducates vultum semper ieiunum portatis ! Vos, in sacrificio filios vestros interficitis ! Vos, facitis

134 nos] *om. BK* 150 dura *B* 155 vita] *om. B* 161 interficitis] *occiditis B*

pas les écoles des philosophes dont les doctrines sont sujettes à la querelle, à rien de certain, rien de stable, mais à l'erreur toujours. Dans nos écoles, nous apprenons ce qu'est la vie, nous y exposons ce que l'Écriture révèle. Nous enseignons à ne nuire à personne, mais à secourir les autres selon la vraie justice, nous n'y apprenons rien qui soit cause de tristesse. Nous n'aimons pas les jeux, et quand nous voulons en savoir un peu plus sur le sujet, nous lisons les exploits de vos prédécesseurs et les vôtres ; pourtant ils nous attristent, alors que nous devrions en rire. Nous contemplons bien d'autres sujets d'admiration et de plaisirs, le ciel resplendissant d'étoiles, le soleil rougeoyant dont la course et les feux illuminent l'univers. Nous contemplons la mer pourpre, et quand la tempête s'y lève, elle n'inonde pas le rivage voisin comme chez vous, elle l'embrasse comme une sœur. Là, chaque jour, nous voyons sauter toutes sortes de poissons, les dauphins qui jouent. La vue des champs en fleur dont le très doux parfum monte à nos narines nous comble de plaisir, ainsi que les forêts et les fontaines où nous écoutons les doux chants des oiseaux⁶. Voilà notre coutume, telle est la coutume selon notre nature, ô empereur ! Si tu voulais t'y conformer, cela te semblerait bien difficile à ce que nous croyons, et si tu ne le voulais pas, nous y serons pour rien, car c'est à ta prière et à ta demande que nous t'avons instruit dans cette lettre !

Toutefois, s'il te plaît, nous allons te parler un peu de notre doctrine dont découle notre façon de vivre, difficile pour toi à ce qu'il semble. Le cours du Pactole, de l'Hermus ces fleuves qui charriaient la splendeur de l'or, vous les avez ternis, vous les avez épuisés. Vous avez absorbé l'eau du Nil, vous en avez réduit le cours, vous avez appris aux hommes à naviguer sur l'océan de l'effroi ! C'est vous qui affirmez que le gardien du Tartare, le chien Cerbère, peut être endormi à prix d'or ! Vous, qui mangez de tout en affectant toujours une face de carême. Vous, qui offrez vos enfants en sacrifice ! Vous encore, qui de vos mères faites des adul-

adulterare matres vestras ! Vos, mittitis discordias inter reges qui sunt humiles, per vos etiam superbi facti sunt ! Vos, suadetis hominibus nequaquam sufficere eis spatia terrarum, sed celi quere-
 165 rere habitacula preparatis atque provocatis ! Vos, etiam per vestros deos multa mala committitis sicut illi fecerunt, nam testimonium potestis accipere | a Iove, deo vestro, et a Proserpina, dea vestra, (206) quam colitis quia ille multas feminas adulteravit et illa multos viros secum concumbere fecit. Vos, homines non dimittitis in sua libertate vivere, sed servos illos habetis, vos non iudicatis recta
 170 iudicia, vos facitis iudicibus mutare legem ! Vos, multa dicitis que debent fieri et non fiunt, vos non tenetis alium sapientem, nisi illum qui habet facundiam loquendi ! Omnem sensum vestrum in lingua habetis et tota sapientia vestra in ore vestro consistit. Et
 175 quamvis potestatem habeatis in lingua vestra multa loquendi, multo tamen meliores sunt illi qui sciunt tacere. Vos, argentum et aurum colitis et desideratis habere maximas domos et multos servos, et tamen tantum manducatis et bibitis, quantum alius homo manducat et bibit ! Omnia tenetis et dominamini super
 180 illas divitias quas habetis, sed sola sapientia Brachmanorum vincit vos in omnibus, quia, sicut nos consideramus, illa mater vos genuit que et lapides. Vos autem ornatis sepulchra vestra et in vasis gemmarum cineres corporum vestrorum reponitis ! Quid enim
 185 peius esse potest, quam ossa que terra recipere debet, vos ea incenditis et delectabilem vobis miseri sepulturam construistis et non dimittitis ut in sinu suo recipiat terra quos genuit ? Discant homi-
 190 nes quale meritum vestris amatoribus post mortem | redditis. Nos, in honorem deorum pecudes non occidimus neque templum facimus ubi statuam auream vel argenteam ponamus cuiscumque dei, sicut vos facitis, neque altaria de auro et argento vel gemmis faci-
 190 mus !

Vos autem talem legem habetis ut de omnibus bonis vestris honoretis deos vestros ut vos exaudire debeant ! Vos, non intellegitis quia Deus non pro pretio, neque pro sanguine vituli, neque

tères ! Vous, qui semez la discorde chez les rois et qui, des petits faites des superbes ! Vous, qui inspirez à l'homme ne pas se satisfaire des limites de la terre, qui l'engagez et le poussez à chercher les maisons du ciel⁷. Vous encore, faites le mal sans mesure, poussés par vos dieux comme ils l'ont pratiqué eux-mêmes ! En cela vous pouvez recevoir le témoignage de Jupiter, votre dieu, de Proserpine, votre déesse ; vous les vénerez, l'un, pour toutes les femmes qu'il a souillées par l'adultère, l'autre, pour tous les hommes qui ont partagé sa couche. Vous ne laissez pas les hommes vivre en liberté, vous en faites des esclaves. Vos jugements ne sont pas droits, vos juges tournent la loi en votre faveur. Vous parlez beaucoup de ce qu'il faut faire et ne le faites pas. Votre seule sagesse réside dans votre bavardage. Tout votre bon sens est sur votre langue, votre sagesse sur vos lèvres. Quelle que soit, en votre langue, le pouvoir attaché à la faculté de parler d'abondance, combien meilleurs sont-ils, ceux qui savent se taire ! Vous honorez or et argent, vous désirez palais et foule d'esclaves. Pourtant, vous mangez et buvez ni plus ni moins que n'importe qui ! Vous dominez tout, réglez en maître sur vos biens, mais la seule sagesse des Brahmanes vous dépasse en tout point, car nous considérons que c'est la terre qui vous a engendré comme elle l'a fait aussi des pierres. Vous décidez vos tombeaux, déposez vos cendres dans des urnes en pierre de prix. Quoi de pire, en effet, que la terre recueille des ossements ? Alors, vous les brûlez, malheureux, vous vous élevez une sépulture agréable pour ne pas laisser à la terre maternelle le soin de vous accueillir dans son sein. Que les hommes apprennent ainsi de quel mérite, une fois morts, vous entourez ceux qui vous aiment ! Quant à nous, nous ne tuons pas de bétail en honneur des dieux, ne faisons pas de temple à votre exemple où installer la statue d'or ou d'argent d'une quelconque divinité, nous ne dressons pas d'autel d'or, d'argent ou de pierre précieuse !

Quant à vous, vous avez pour règle d'honorer vos dieux de tous vos biens à condition qu'ils vous exaucent ! Vous ne comprenez pas que Dieu exauce l'homme ni pour de l'argent ni pour le sang

pro sanguine hirci aut arietis, exaudit aliquem hominem nisi per 195
 bona opera que Deus diligit, quia in verbo tantummodo homo
 similis est Deo, quia Deus Verbum est et Verbum istud mundum
 creavit et per hoc Verbum vivunt omnia ! Nos, autem hoc Verbum
 colimus, hoc adoramus, hoc amamus ! Nam Deus spiritus et mens
 est, ideo non amat aliud nisi mundam mentem. Quapropter 200
 nimium vos esse insipientes dicimus, pro eo quod tenetis ut natura
 vestra celestis sit et quod Dei habeat communitatem, vos autem
 sorditatis illam de adulterio et fornicatione et servitute idolorum.
 Vos, istas causas amatis, istas semper facitis quas, cum facitis quous-
 que vivitis, mundi non estis et post mortem exinde tormenta 205
 sustinebitis ! Vos, denique speratis Deum habere propitium pro
 carne et sanguine quem ei offertis ! Vos, non servitis uni Deo qui
 solus regnat in celo, sed multis diis servitis ! Vos, tot deos colitis
 | quot membra habetis in corpore, nam hominem dicitis esse mun- (208)
 dum parvum et, sicut corpus hominis multa membra habet, ita 210
 dicitis diversos deos in celo consistere et unicuique partes nostri
 corporis attribuitis ; et proprias singulis victimas occiditis et
 nomina illis exquisita donatis, affirmantes Minervam, pro eo quod
 fuit inventrix multorum operum, natam de capite Iovis et tenere
 sapientiam, proinde dicitis eam tenere summitatem capitatis. 215
 Junonem, pro eo quod fuit iracunda, dicitis esse deam cordis.
 Martem, pro eo quod fuit preses bellorum, dicitis esse deum pec-
 toris. Mercurium, pro eo quod multum loquebatur, dicitis esse
 deum lingue. Herculem, pro eo quod duodecim mirabiles virtutes
 fecit, dicitis esse deum brachiorum. Bacchum, quia fuit inventor 220
 ebrietatis, dicitis deum gutturis et sic stare supra guttur hominis,
 quomodo si stetisset supra cellam vino plenam. Cupidinem, pro
 eo quod fuit fornicator, dicitis tenere faculam ardentem in manu
 cum qua accendat libidinem, proinde dicitis illum esse deum

XCU, 197 cfr Ioh. 1, 2

196 diligit] et per verba orationis exaudit hominem orantem *add.*
BDEK 196 homo] *om. B* 199 hoc amamus] *om. B* 203 illam] *illa*
mo 211 nostri] *vestri BD* 218/219 mercurium ... lingue] *om. BE* 224
 accendit *B*

d'un veau, d'un bouc ou d'un bélier mais pour les bonnes actions
 qui lui sont agréables ! Parce que l'homme est semblable à Dieu
 par la parole seulement, et que Dieu est le Verbe, cette parole a
 créé le monde, et le monde vit par elle ! Nous, nous rendons un
 culte au Verbe l'adorons et l'aimons ! Car Dieu est esprit et intel-
 ligence, ainsi il n'aime rien d'autre plus qu'une intelligence pure !
 Vous êtes par trop déraisonnables, je le dis, soutenant que votre
 nature est céleste et en communauté avec Dieu, tandis que vous
 la salissez par l'adultère, la fornication, l'asservissement aux
 idoles ! Vous aimez ces tristes causes et vous les pratiquez sans
 cesse votre vie durant, vous n'êtes pas purs et, à votre mort, vous
 irez souffrir les tourments de l'enfer ! En fin de compte, vous
 espérez les faveurs de Dieu pour la chair et le sang offert ! Vous ne
 servez pas le Dieu unique qui règne au ciel mais une foule de
 divinités ! Vous honorez autant de dieux qu'il y a de parties dans
 un corps. Vous dites que l'homme est un monde en réduction, et
 ainsi comme le corps humain a plusieurs membres, ainsi dites-
 vous qu'il y a plusieurs dieux dans le ciel. Vous attribuez à chacun
 une partie du corps, vous sacrifiez à l'un ou à l'autre des victimes
 appropriées et leur donnez des noms choisis. Minerve, sortie du
 crâne de Jupiter, pour être la mère de nombreux travaux, dites-
 vous, a la sagesse et ainsi réside au sommet de la tête. Junon, pour
 être coléreuse, dites-vous, est la déesse du cœur. Mars, pour pré-
 sider à la guerre, dites-vous, est le dieu de la poitrine. Mercure
 qui parlait beaucoup, dites-vous, est le dieu de la langue. Hercule,
 pour avoir accompli ses douze travaux extraordinaires, dites-vous,
 est le dieu des bras. Bacchus, l'inventeur de l'ivresse, dites-vous,
 vous en faites le dieu du gosier et ainsi règne-t-il sur le gosier de
 l'homme comme sur une cave à vin. Cupidon, pour être un débau-
 ché, dites-vous, voilà qu'il tient à la main une petite torche allu-
 mée dont il se sert pour répandre le feu de l'amour, et vous en
 déduisez qu'il est la divinité du foie, qui est en grande partie le

iecoris ubi habitat maxima pars ignis corporis. Cererem, pro eo 225
 quod fuit frumenti inventrix, dicitis deam esse ventris. Venerem,
 pro eo quod fuit mater luxurie, dicitis deam esse membrorum
 genitalium. Totum enim corpus hominis dividitis inter deos. Nul-
 lam partem corporis vestre potestati relinquitis et non tenetis quia
 corpora unus Deus qui in celo est creavit. Exinde tamen nullam 230
 gratiam vobis reddunt ipsi dii vestri sicut liberis hominibus, | sed (209)
 ut colonis et subiectis imponunt vobis tributum, atque aliis alia
 tributa a vobis offeruntur. Marti denique offertis aprum, Baccho
 offertis hircum, Iunoni offertis pavonem, Iovi mactatis taurum,
 Apollini occiditis cygnum, Veneri immolatis columbam, Minerve 235
 noctuam occiditis, Cereri far sacrificatis, Mercurio mella solvitis,
 altaria Herculis coronatis ex frondibus arboris populi, templum
 Cupidinis rosis ornatis. Et si necessitas vobis evenerit, non volunt
 commune sacrificium, nec communia templa, sed unusquisque
 deus proprium sibi premium datumque assequitur. Unusquisque 240
 autem deus de his quos colitis, sive avem, sive frumenta, sive
 quadrupedem, sive qualemcumque aliam causam consecratam
 habet. In illis est illorum potestas, non in corpore vestro. Et vos
 quomodo dicitis illos habere potestatem in vestro corpore, qui non
 habent potestatem nisi in animalibus que offeruntur illis ? Certe 245
 digna tormenta sustenebitis post mortem propter vestros errores.
 Revera enim non rogatis deos adiutores, sed carnifices quia mem-
 bra vestra per diversa tormenta dividunt. Necesse est enim tot
 tormenta sustinere corpora vestra, quot deos dicitis habere potes-
 tatem in corporibus vestris. Unus deus vos facit fornicari, alius 250
 bibere, alter litigare, omnes vobis imperant et vos omnibus servi-
 tis, omnes colitis et miserum corpus vestrum debet deficere prop-
 ter tot servitia que facitis multis diis. Et rectum est vos talibus
 diis servire | propter tanta mala que facitis et quia non vultis ces- (210)
 sare a malis, ideo servitis talibus diis. Sine causa enim servitis 255
 talibus diis, qui vobis imperant omnia mala facere. Si vero exau-
 dierint vos ipsi dii vestri quando eos rogatis, damna faciunt in

230 corpora] vestra *add. BDK*

siège du feu corporel. Cérès, pour être la mère des moissons, dites-
 vous, est la déesse du ventre, Vénus, mère de la luxure, dites-vous,
 est la déesse des organes génitaux. Vous partagez entre les dieux
 tout le corps humain. Vous ne gardez main mise sur aucune partie
 du corps, vous ne tenez pas pour vrai que c'est l'unique Dieu du
 ciel qui a créé le corps. Il s'ensuit, cependant, que vos dieux ne
 vous en rendent aucune grâce comme à des gens libres, mais ils
 vous imposent tribut comme à des colons et des sujets ; et vous
 vous faites tributaires en toutes sortes de façons ! Vous offrez le
 bélier à Mars, le bouc à Bacchus, le paon à Junon, à Jupiter le
 taureau du sacrifice, le cygne à Apollon, à Vénus vous immolez la
 colombe, à Minerve la chouette, à Cérès vous offrez un gâteau de
 blé et à Mercure des rayons de miel ! Vous décidez les autels
 d'Hercule de rameaux de peuplier et couvrez de roses le temple
 de Cupidon ! Et quel que soit votre besoin, vos dieux refusent le
 sacrifice collectif ou le temple à partager, chacun récupère pour
 lui son salaire et son offrande ! Tel s'est réservé l'oiseau, tel autre
 le grain de blé, tel, enfin, le quadrupède ou quelque avantage
 encore ! La puissance de ces dieux n'a d'effet que sur eux et non
 sur vous ! Comment pouvez-vous affirmer qu'ils agissent sur vous,
 vous qui n'avez d'autre pouvoir que de leur offrir des animaux ?
 C'est certain, vous irez souffrir après la mort dans des tourments
 mérités pour vos erreurs ! Vraiment vous n'invoquez pas des dieux
 secourables, mais des dieux carnassiers qui vous démembreront
 dans de multiples tourments ! C'est inévitable, autant de divinités
 régnant sur chaque partie du corps, d'après ce que vous dites,
 autant de supplices à supporter ! Vous avez fait un dieu pour copu-
 ler, un pour boire, un pour la chicane ! Tous vous donnent des
 ordres et vous êtes asservis à chacun ! Vous les honorez les uns et
 les autres, et votre pauvre corps doit s'épuiser à tant de tâches
 serviles à rendre à tant de dieux ! C'est justice que d'être asservis
 à de tels dieux pour le grand mal que vous faites, et c'est pour ne
 pas vouloir y mettre fin que vous êtes leurs esclaves ! C'est sans
 raison que vous leur êtes soumis pour commettre tant de mal sur
 leur injonction. Admettons que ces dieux mêmes viennent à vous
 exaucer quand vous les priez, alors ils sont un dommage pour votre
 conscience ! Admettons maintenant qu'ils ne vous exaucent pas,

conscientia vestra ; si vero vos non exaudierint, erunt contrarii desiderii vestris, quia vos non de alia causa rogatis eos nisi de malo ; ergo sive exaudierint sive non exaudierint, vobis semper nocent. He sunt dee vestre que dicuntur Furie que peccata hominum post mortem per furorem vindicant. 260

Hec sunt illa tormenta que vobis doctores vestri dixerunt, que vos velut mortuos iam in isto seculo cruciant. Etenim si bene voveritis considerare, non peiorem causam potest aliquis sustinere quam vos modo sustinetis. Et quanta simulacra dicunt doctores vestri esse apud inferos, vos estis. Pene sunt plurime in inferno et vos modo penas patimini, quando vigilatis propter committenda adulteria et fornicationes et furta. Dicunt autem tantum malum esse in inferno quod semper sitiunt et nunquam satientur, et vos tantam cupiditatem habetis acquirendi divitias ut nullo tempore satiemini. Dicunt Cerberum esse in inferno qui habet tria capita, et venter vester, si conspiciatis, sic est quomodo Cerberus propter multam comestionem et bibitionem. Similiter dicunt quod sit in inferno serpens qui vocatur Hydra, et vos propter multa vitia que per saturitatem ventris habetis Hydra dici potestis. Et omnia alia que doctores vestri dicunt esse in inferno, si considerare vultis, propter mala vestra vos estis. Heu vos miseri qui talem fidem tenetis unde post mortem tormenta sustinere debetis !” 270 275 280

Et rursus, in secunda epistola inter alia sic ait : “Nos, non sumus habitatores istius mundi, quasi semper hic esse debeamus, sed sumus peregrini in isto mundo quia morimur et pergimus ad domos patrum nostrorum, non gravant nos peccata nostra, nec manemus in *tabernaculis peccatorum*, nullum furtum facimus et pro nostra conscientia quam habemus in publicum non eximus. Deus autem qui omnia creavit in mundo varias operatus est causas, quia non poterat constare mundus nisi per diversitatem multarum rerum et dedit arbitrium homini ad discernendum de omnibus 285

285 cfr Ps. 83, 11

265 considerare] quod *add. B* 272 esse] *om. B*

alors ils contrarient vos désirs puisque vous les avez invoqués pour faire le mal et pour rien d'autre ! Donc que vous soyez exaucés ou que vous ne le soyez pas, ils vous nuisent toujours ! Vous avez des divinités appelées Furies qui, la mort venue, pourchassent avec frénésie les péchés des hommes.

Voilà ces supplices que vos docteurs vous ont décrits, ils vous mettent déjà, dans ce siècle, à la torture, comme si vous étiez déjà morts ! Et, à tout bien considérer, personne n'est en mesure de soutenir une cause plus mauvaise que celle que vous soutenez ! Vous êtes semblables aux ombres que vos docteurs placent dans les Enfers ! Les châtiments y sont nombreux et vous les souffrez déjà dans le soin que vous mettez pour commettre adultère, fornication, vol ! Vos docteurs rapportent qu'en enfer le supplice y est tel qu'on y a soif toujours, sans être jamais désaltéré ; et votre avidité pour les richesses est telle que le temps ne saurait la rassasier. Ils racontent qu'il s'y trouve un Cerbère à trois têtes, et à bien y regarder votre ventre est comme un Cerbère à force de manger et boire. Et aussi, disent-ils, on y rencontre un serpent nommé Hyde, et au vu des vices sans nombre dont votre ventre déborde, on peut vous y assimiler. Et tous les châtiments que vos docteurs placent dans l'enfer, à bien considérer, vous les vivez par vos péchés ! Malheureux êtes-vous, vous qui suivez une croyance, qui vous conduira, après la mort, à subir les tourments ! »

